170

FARRAGO

DAV. PAFFROED

1495

G
74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

~~83~~ 170
9.74
CA. 742

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Farrago.



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Farrago

Atium olim dicebatur italia eo ꝙ illic.
Saturnꝰ latuerit pulſus celo a ioue filio
Inde latinus a um ad latium pertinēs.
¶ Latina lingua eſt lingua hominum in latio habitantium.

¶ Latine aduerbium qualitatis eſt et conſtruitur cum verbis loquendi canendi ſcribendi. vt petrus loquitur latine. canit latine. ſcribit latine. hoc ē qualiter latini loquūtur canunt ⁊ ſcribunt

¶ Petrus ſcit latine neſcit latine. diſcit latine orationes ecliptice ſunt. ſubauditur enim in eis loqui.

¶ Petrꝰ loquitur latine perfectior oratio eſt q̄ȝ petrus loquitur latinum. eo ꝙ latinum adiectiuū nomē eſt exigēs ſibi adiungi ſubſtantiuū. latine autē aduerbium eſt nihil niſi verbum ſibi cōiungi poſtulans.

¶ Petrus loquit̄ latinum ſermonem perfectus ſermo eſt Petrus latinum loquitur imperfectus. quem ſi perficere volumꝰ ſubſtantiuū nomen addamꝰ neceſſe eſt

Petrus loquitur gallice teutonice grece perfecte orationes ſunt.

Petrus loquitur gallicum teutonicum grecum imperfecte. Oportet enim in eis ſubandiri ſermonem. Ouidiꝰ. Ipſe mihi videor iam dedidiciſſe latine. Nā didici getice barbariceqȝ loqui.

Petrus tamdiu habitauit in gallia vt dedidicerit teutonice loqui. He heeft ſoe langhe in walſch lant ghewoent dat hee dat duytſch vergheten heeft

Iuuenalis in ſatyra. Credo pudiciciam. Nam quid rancidius q̄ȝ ꝙ ſe nō putat vlla Formoſam niſi que de thuſca grecula facta eſt. De ſulmonenſi mera cecropis oīa grece ſupple loquūtur. Cū ſit turpe magis noſtris neſcire latīe ſupple loqui. vbi carpit Iuuenalis mulieres romanas que nō erāt contētē latina lingua ſȝ loquebant̄ oīa grece.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Homo currit eſt latina orõ melius dicitur q̄ȝ homo cur
rit eſt bonum latinum. Bonum enim latinum duo adie
ctiua nomina ſunt que non coherent . adiectiuum enim
non adiacet adiectiuo.
Orationum quedam ſunt bene latine . quedam non bene
latine. quedam vix bene latine. hoc eſt quedam ſunt ſatis
latine. quedam non latine. quedam vix ſatis latine
Homo currit eſt oratio bene latina vel plane latĩa liber
eſt meus eſt oratio bene latĩa vel plane latina . liber ē mei
eſt oratio vix bene latina. Nõ enim genitiuus caſus mei
poteſt apponi verbo ſubſtantiuo
¶ Petrus loquitur latine ſed non bene latine vel nõ ſatis
latine vel vix bene latine. hee ſpreect latyn mer gheen goet
latyn. Ouidius. Quam legis a rapta briſeide littera veĩt.
Vix bene barbarica greca notata manu. ordo eſt. littera
vix bene greca hoc eſt non ſatis greca notata id eſt ſcripta
barbarica manu.
¶ Petrus nõ bene teutonice loquitur vel non ſatis teuto
nice vel vix bñ teutonice. He en ſpreect gheen goet duytz.
¶ Teutonus dicitur homo in teutonia genitus quo mo
do gallus hõ in gallia genitus. Teutonus eyn duytſche
Gallus eyn wale. Teutonia . terra teutonorum. Gallia.
terra gallorum. Teutonicus. Gallicus nomina poſſeſſi
ua ſunt. Iuuenalis. Cũ de teutoĩco vellet deſcēdere curru
Rectius dicitur Petrus eſt teutonus gallus q̄ȝ teutoni
cus gallicus.
¶ Teutonicalis . gallicalis ſuperuacua nomĩa ſunt cum
eis non egeamus Significat enim teutonicus a um idē
quod teutonicalis. Gallicus a um idē quod gallicalis.
¶ Qui vtuntur nomine teutonicalis falluntur Credunt
enim nomē teutonicus eſſe gentile ⁊ nomē teutonicalis
poſſeſſiuũ quod veritati conſentaneum non eſt. Eſt enĩ
teutonus gentile nomen et teutonicus poſſeſſiuũ.
¶ Vtile eſt ſcire volentibus latine loqui an oratio infini
tiua que dictum dicitur mutãda ſit in orationem ab vt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

incipientem an a ꝙ Scio ioannem legere mutatur ſic.
Scio ꝙ ioannes legit. volo ioannem legere mutatur ſic
volo vt ioannes legat Joannes fecit me legere mutatur
ſic Joannes fecit vt ego legerem. Facio efficio fio factus
patiuntur ſibi orationem apponi ab vt incipientem vt
paupertas facit vt ioānes mendicet. egritudo fecit vt io
annes heri non veniret ad ſcholas. deſidia ioānis fecit vt
nihil diſceret deus nō efficit vt homo peccet licet permit=
tat hominem peccare. deꝰ efficit vt homo bonum faciat.
Non fit a deo vt homo peccet. non eſt factum a deo vt ho
mo peccaret.

Omnis oratio actiua mutari poteſt in paſſiuā. Ideo ora
tio in qua ponitur facere poteſt verti in orationem ī qua
ponitur fieri Joannes fecit hanc domum fieri mutatur
ſic Joannes fecit vt hec domus fieret. A ioanne factū eſt
vt hec domꝰ fieret. A ioanne factū eſt hanc domū fieri

Cum oratio actiua mutatur in paſſiuam appoſitū ver
bi actiui fit ſuppoſitum verbi paſſiui vt ioannes amat
petrum mutatur ſic petrꝰ amatur a ioanne. Jubeo te le=
gere. mutat̄ ſic tu iuberis a me legere. Debebo tibi pecu
niam. mutatur ſic pecunia debebitur tibi a me

Cū appoſitū verbi actiui eſt oratio ab vt incipiens debꝫ
oratio eadem fieri ſuppoſitū verbi paſſiui vt ioannes fa
cit vt ego legam ſic mutatur fit a ioanne vt ego legā.

Cū oratio a ꝙ incipiens eſt appoſitū verbi actiui debꝫ ea
dem fieri ſuppoſitū verbi paſſiui. vt ioānes credit ꝙ pe=
trꝰ ſit domi. mutat̄ ſic ꝙ petrꝰ ſit domi creditur a ioāne

¶Quādoqꝫ oratio incipiēs a ꝙ eſt ſuppoſitū verbi ⁊ ora
tio incipiens ab vt appoſitū vt ꝙ io. eſt egris pedibꝰ facit
vt non petat templū

Vbicūqꝫ ponitur vt non. ibi etiam poteſt poni ne. quoni
am ne idem eſt quod vt non. Item quo minꝰ idem eſt qđ
vt nō. poteſt ergo recte dici ꝙ io. egrotat vel laborat febri
bus facit vt non petat ſcholas. ne petat ſcholas. quo minꝰ
petat ſcholas. Occupatiōes impediuerūt me quo minus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

venirē ad te. vā onledicheit en conde ick nicht, totti comē
Quid fuit tibi impedimēto quo minꝰ huc venires. wat
hinderde di dattu hier nicht en quemeſt Sola deſidia tua
impedimento tibi fuit quo minus hoc faceres
Queſitiuo quid qn̄qꝫ reſpōdetur oratio a ꝙ incipiēs qn̄qꝫ
ab vt ne quo minꝰ vt quid fles quid dolet tibi. ꝙ nihil di
dici vehementer mihi dolet
Quid rogauit te petrus vt darem operam litteris.
Quid egritudo fecit. quo minꝰ peterem ludū litterarū.
Signare ⁊ ſignificare differūt. poſſumꝰ tam res aīales
q̄ꝫ inaīas ſignare Paſtor ſignat oues ſuas lrē etiā ſignari
dicūtur ⁊ teſtamēta. Ouidiꝰ Flens quoqꝫ me ſcripſit nec
qua ſignabar ad os ē. Ante ſꝫ ad madidas gemma relata
genas. Signare lrās breue beſegelen
Vtrum ſigillum format ex ſe ſigillare quo modo ſignuꝫ
ſignare conſulantur auctores
Reſignare lrās eſt litteris ſignū auferre Non decet quē-
piam reſignare lrās ad ſe non datas.
Niemant en ſal vreemde brieue op breken
Res que noſtre ſunt ſignamꝰ quo modo pueri libros ſu-
os ſignare ſolēt. Cū autem damꝰ id qd̄ noſtrū eſt alteri di
cimur id reſignare qꝛ ei ſignū noſtrū auferimꝰ. Horatiꝰ
Hec ego ſi compellor imagine cūcta reſigno. Signare
dicit̄ teutonice merckē of teykenen. Significare ē alicui
aliquid notū facere vt ioānes ſignificauit mihi petrum
rediſſe. vel Significare ē facere hoīem de aliqua re cogi-
tare. vt aſinus ſignificat aſinū. Hoc ē hec vox aſinus fa-
cit audiētem eam cogitare de ea re que eſt aſinꝰ. Cum pri
mū enim auditur ab aliquo litterato hec vox aſinus pro-
tinus incipit cogitare de aſino
Significare cōſtruitur cū accō vt deꝰ ſignificat deū. ⁊ cū
dicto hoc eſt cū orōne īfinitiua vt deus ē ſignificat deū eē
Qui dicūt enſis tantū ſignificat ſicut gladius non recte
dicūt. Sicut enī non refert̄ ad tantū. melius dr̄ enſis tā-
tū ſignificat quantū gladius aut id qd̄ gladius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Socrates ſignificat ſicut plato recte dr. Vtrumqꝫ enim
nomen proprie ſignificat. Socrates id ſignificat qd pla=
to falſo dr. Non enim ſocrates eũ ipſum hominem ſigni
ficat quem plato

Poſt verbũ ſignificandi quandoqꝫ ponitur orõ infiniti=
ua aut oratio indicatiua vel cõiunctiua incipiens a ꝙ vt
petrus ſignificauit mihi ioannem eſſe domi vel qd ioan
nes ſit domi Quãdoqꝫ oratio cõiunctiua incipiens ab vt
Vt petrus ſignificauit mihi vt venirem ad ſe. hoc eſt ſi=
gnificando mandauit mihi vt venirem ad ſe

Si quis diceret petrus ſignificauit mihi ꝙ venirem ad
ſe non ſatis proprie loqueretur.

Cum enim hec verba ſignifico dico ſcribo nuncio renun
cio mandationem ſignificant exigũt ſibi apponi oratio=
nem cõiunctiuam ab vt incipientem. Cum vero tantũ
notum facere ſignificant exigũt orationem infinitiuam
ſibi apponi aut cõiunctiuam a ꝙ incipientem vt petrus
ſignificauit dixit ſcripſit nũciauit mihi. Paulum rediiſ=
ſe vel qd paulus redierit

Petrus ſignificauit dixit ſcripſit nunciauit mihi vt ve=
nirem ad ſe. hoc eſt ſcribendo ſignificando dicendo man=
dauit mihi vt venirem ad ſe

Volenti latine loqui magnopere cauendum eſt ne parti=
culam ꝙ pro particula vt ponat aut contra vt pro ꝙ.
Qui dr ioannes rogauit me ꝙ venirem ad ſe. nõ ſatis ꝓ=
prie loquitur ſi vult tantum ſignificare quantum Johã
bat mi dat ick tot hem ſolde comen. Joãnes rogauit me
ꝙ venirem ad ſe tantum ſignificat quãtum ioannes ro=
gauit me idcirco quia veniebam ad ſe. hoc eſt hie bat my
daer om want ick tot hem quam

Poteſt hoc pronũciatum ioannes rogauit me ꝙ venirem
ad ſe eſſe falſum cum hoc verum eſt. Joãnes rogauit me
vt venirem ad ſe.

Cum dico ioãnes rogauit me ꝙ venirem ad ſe ſignifico
me veniſſe ad ioannem

Cum dico ioãnes rogauit me vt venirem ad ſe nõ ſigni
fico me veniſſe ad ioannem

Joannes rogauit me q̄ venirem ad ſe. mutatur in hanc
orationem vt ego venirem ad ioannem fecit vt rogaret
me. Rogauit ieſum quidam phariſe⁹ vt apud ſe mãdu
caret Jbi rogauit eũ vt conſtruitur Rogate dominum
meſſis vt mittat operarios ĩ meſſem. Pueri ſepe ponũt
q̄ p̄ vt. eo q̄ q̄ et vt apd̛ teutonos eãdẽ interpretationẽ
hñt. Nã enĩ iterpretat̃ dat et vt iterpretatur dat Scio q̄
ioãnes veniat ad me ĩterpretatur Jck weet dat iohã tot
my comt. Rogo ioannẽ vt veniat ad me interpretatur
Jck bidde iohan dat he tot mi come. Joannes dixit mihi
q̄ petrus eſſet domi. Johan ſachte my dat peter by huys
was Joannes dixit mihi q̄ venirem ad partes eſt oratio
vicioſa habet enim duos ſoloeciſmos. Ponitur in ea q̄ p̄
vt. partes pro patria. Partes neceſſe eſt cõſtrui cũ geniti
uo vt ibo ad partes quaſdam hollandie. Venio de quibuſ
dam partib⁹ hollandie. Jn partes tyri ⁊ ſidonis. in non=
nullis partib⁹ hollandie annona cara eſt. Jn ſommighẽ
plaetzen vã hollant is dat koern duyr. Patria ſignificat
locum natalem ⁊ exigit ſibi apponi genitiuũ caſum vel
pronomen poſſeſſiuum vt in patria petri in patria mea
in patria tua. Non ſolum homo habet patriam ſed etiaꝫ
vinum ⁊ alij fructus vt noſti patriã vini illius. weetſtu
waer die wijn ghewaſſen is. Que eſt patria caſei butiri.
waer is die keſe of butter gheuallen. Patria non ſolum ſi
gnificat terram ſed vrbem in qua quis natus eſt vt dauẽ
tria dauentrienſium patria eſt.

Cauendum eſt ne inſcriptiones hoc eſt tituli librorũ cor=
rũpantur. Turpe enĩ eſt res debitis fraudare nomib⁹.

Diſticha ioãnis Garlandini corrupto nomine diſtigia
vocantur.

Diſticha ſunt bini verſus plenam ⁊ abſolutam ſententi
am complectẽtes qualia ſunt diſticha Catonis que qꝛ la=
ne ſcripta ſunt habeãtur lectiõe digna. Diſticha autem

ioannis indigna videntur que a pueris diſcantur
¶ Tetraſticha ſunt quaterni verſus plenam ſententiam
comprehendentes . Marcialis ad Sabellum. Quod non
inſulſe ſcribis tetraſticha quedam. Diſticha ꝙ belle pau
ca ſabelle facis Laudo nec admiror. facile eſt epigramma
ta belle Scribere. ſed librum ſcribere difficile eſt.
¶ Joannes Garlandinus. nō enim catullus dicitur . Ca
tullus de verona. ſed Catullus veronenſis. nec opera Oui
dij dicuntur opera Ouidij de ſulmone . ſed opera Ouidij
ſulmonenſis.
¶ Tractatus petri hiſpani non inſcribūtur Tractatus
petri de hiſpania.
¶ Jgnorantes etymologiam fraudāt dictiones origine
debita. Dicūt enim dictiones inde deriuari. vnde nunꝙ̃
traxerunt originem
¶ Dialectica ſi Tortellio credimus dicitur a greco ver
bo dialegome quod diſputare dicitur.
Dialectica enim ars diſputatoria eſt.
Dialectica eſt ars inueniendi argumenta et formādi ar
gumentationes
¶ Dialectica dialectice ſignificat artem argumentandi
Dialectica dialecticorū dicūtur ſcripta de arte argumē
Dialectica eſt argumentorum inuentrix quia tandi
oſtendit nobis ſedes argumentorum hoc eſt locos in qui
bus latent ex quibus petenda ſunt
Dialectica eſt argumētationum formatrix quia tradit
nobis regulas ſcd̄m quas ſi argumētamur bene argumē
tamur et bonas argumentationes formamus
¶ Argumentum et argumentatio differunt eo ꝙ argu-
mentatio eſt oratio conſtans ex antecedente et conſequen
te vt ſortes currit igitur ſortes mouetur.
Argumentum eſt id cui aliquid conſequitur vt argumē
tum vere amicicie eſt non deſerere amicum in aduerſis
¶ Argumeatum eſt nomen ad aliquid dictum. Eſt enī
omne argumentum alicuius rei argumētum vt quia la

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

chrymarum profuſionem conſequitur dolor. lachrymarū
profuſio doloris argumentum dicitur Seneca. Primū
argumentum compoſite mentis exiſtimo poſſe conſiſte
re et ſecum morari
Inuenire argumenta poteſt facile dialecticus.
Orationum quedam cōſtant ex partibus eiuſdem lingue
quedam ex partibꝰ diuerſaꝝ linguarum.
Oratio conſtans ex latinis dictionibꝰ vocatur oratio lati
na vt liber petri. que ex grecis conſtat greca vocatur. vt
onos lyras hoc eſt aſinus lyre. Onos enim aſinus dicitur
lyras autem eſt grecus gtūs nomīs lyra.
A lyra lyrici poete illi dicti ſunt qui verſus ad lyram decā
tandos componebant.
Oratio conſtans ex duabus partibus quarum altera gre-
ca eſt altera latina. vel poteſt dici compoſito nomine gre
ca latina oratio. vt libri eneidos. libri baſileon
Eneidos eſt grecus genitiuꝰ nominis eneis
Eneis eſt poema ſiue carmen de enea ſcriptum cuiꝰ ge-
nitiuꝰ eſt eneidos accūs eneida vt ꝟgiliꝰ eneida ſcripſit.
Non eſt credendum eneida eſſe accūm pluralem ſꝫ ſin-
gularem. Nō enim dicimꝰ eneida eneidoꝝ ſicut georgi-
ca georgicorum.
Cum dicitur Statius thebaida ſcripſit. Virgiliꝰ enei-
da. accuſatiui huiuſmodi ſingularis numeri ſunt The-
bais enī thebaida accūm habet
Libri baſileon regum libri dicuntur. Nam baſileus cuiꝰ
pluralis genitiuꝰ eſt baſileon rex dicitur
Cauendum eſt pueris ne nomina artium liberalium cor
rumpantur.
Grammatica que latine litteratura dicitur cū gemina-
to m ſcribi debꝫ. Grammatica ce. feminini generis ſigni
ficat artem recte loquendi et ſcribendi. Grammatica orū
dicūtur pertinentia ad grammaticā. Itaqꝫ opera gram
maticorū hoc eſt ea que de grammatica ſcripta ſunt vo-
cantur grammatica. vt Priſcianꝰ ſcripſit grāmatica

Quo modo bucolica orū et Georgica orū ſunt noīa operꝝ ita etiam grāmatica orū. Dialectica orꝝ. Rhetorica orꝝ Mathematica orꝝ. Phyſica orum. Methaphyſica orum Aethica orum. Politica orū. Oeconomica orum Topica orū. Arithmetica orū. Muſica orꝝ. Aſtronomica orum. Geometrica orū nomina operū ſunt.
Ut latine dicitur Cōmoda mihi Georgica virgilij .ita et latine dicitur. Cōmeda mihi Dialectica petrihiſpani. Cōmoda mihi metaphyſica ariſtotelis
Recte dicitur Ariſtoteles ſcripſit dialectica. rhetorica. phyſica. metaphyſica. hoc eſt ſcripſit ea que pertinent ad dialecticam rhetoricam. phyſicam. metaphyſicam
Dialectica ee cum latino i ⁊ et ſcribitur qui dialecticam cum greco y et abſqꝫ c ſcribit duos barbariſmos facit
Soloeciſmꝰ eſt vicioſa cōſtructio partiū orationis. Et fit cum pars orōnis cōſtruitur cū parte cui nō congruit. Soloeciſmus dicit̄ trito nomie incōgruitas quia cū ſoloeciſmꝰ fit conſtruit̄ pars cū parte cui nō congruit. Latinitas ſermonis dicitur cōgruitas qꝛ cum in ſermone ē latinitas pars cum parte cōgruit
Regule cōgruitatis ſūt regule latinitatis he ſunt regule ſcdm quas fiunt ſermones latini.
Varia ſunt genera regularum. Sunt enī regule viuēdi Cuiuſmodi ſūt precepta decalogi et canones ſactorꝝ patꝝ Sunt regule argumentandi que ſunt regule dialectice Sunt regule loquendi que ſunt regule grammatice Sunt regule dicendi copioſe et apte de qualibet re et hee ſunt regule rhetorice. Sunt regule medendi et hec vocantur canones medicine.
Orationes formate ſcdm regulas grammatice vocantur orationes congrue.
Congruitas ⁊ incongruitas in omni lingua reperiūtur Jck bin du biſte. oratiōes teutonice et congrue ſunt quoniam ick. ꝓnomen teutonicum prime perſone nō cōgruit verbo. biſte. ſecunde perſone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Contra eos qui modorū ſignificandi noticiam credūt grammatico neceſſariam qui nouo nomine modiſte vocantur.

Qui dicunt modorum ſignificandi noticiam efficere grammaticum falluntur. Non propterea quiſpiam grāmaticus dicitur quia ſcit modum ſignificandi materialem nominis eum eſſe qui nomini cum pronomine communis eſt et formalem eum qui nomini proprius eſt. ſed qui ſcit latine loqui et ſcribere is grammatici nomine dignus eſt.

Nemo negatur propterea eſſe grammaticus quia neſcit qui ſint modi ſignificandi eſſentiales et accidentales materiales et formales. abſoluti et reſpectiui partiū orationis ſed qui recte loqui ⁊ ſcribere neſcit quantumcunqꝫ verborum de modis ſignificandi faciat grammatici nomine indignus eſt.

Nō is dicitur grammaticus qui ſcit genitiuū caſum ſignificare per modum vt cuius eſt alterum. ſed qui ſcit non recte dici genitiuū ſignificare per modum vt cuius eſt alterum.

Grammatici qui de modis ſignificandi ſcripſerunt ſiquidem grammatici dicendi ſunt barbare ſcripſerunt. Veteres autē qui ne verbum quidem de eis fecere rectiſſime locuti ſunt. Et quālibet modorum ſignificandi noticiam non ſolum non prodeſſe ſꝫ vehemēter officere eis qui grammaticam profitentur Cur itali non docent pueros modos ſignificandi niſi quia eos cariores habent ꝙꝫ vt eis tam inutilia tāqꝫ noxia inculcent

Quid prodeſt ſcire ꝙ modus ſignificandi materialis pronominis eſt ſignificare per modum habitus et quietis. formalis autem per modum determinate apprehenſionis ſi neſcias latinius dici. liber eſt meus ꝙꝫ liber ē mei liber eſt meus ipſius ꝙꝫ liber eſt meiipſius. liber eſt meus et Joannis ꝙꝫ liber eſt mei et ioannis. liber ē meus qui lego ꝙꝫ liber eſt mei qui lego.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

¶ Quid prodeſt noticia modoꝝ ſignificādi ſi neſcias has orationes eſſe barbaras ⁊ viciosas.
Ego dedi ſibi librum. tu dediſti ſibi librum. Ego miſereor ſui. tu miſereris ſui. Ego diligo ſocium ſuum. tu diligis ſocium ſuum. Pueris danda eſt opera vt ſciant que conſtructio debeatur pronominibus relatiuis reciprocis que non reciprocis hoc eſt vt ſciant quando vtendum ſit pronomine ſuus. quando pronomīe is aut eius obliquis. Joannes diligit ſocium ſuū recte dicitur. pronomen enī ſuus tunc recte apponitur verbo cum antecedens eiꝰ verbo ſupponitur. vt ioannes ſocium ſuum diligit
Qui pronomen reciprocum pro non reciproco ponit non recte loquitur Itemqꝫ qui non reciprocum pro reciproco ponit a vicijs liber non eſt Joānes ſocium ſuum diligit oratio perfecta eſt Joānes diligit ſocium eius oratio imperfecta eſt quam ſic poterimus perficere Jo. diligit ſocium eius cui heri librum cōmodaui.
¶ Modi ſignificandi non efficiunt conſtructionem partium orationis. Genitiuꝰ enim mei habet eum modum ſignificandi quem ceteri genitiui ⁊ non habet conſtructionem ceterorum genitiuorum Recte enim dicitur liber ioannis. ſed non recte dicitur liber mei. Recte dicitur liber eſt ioannis non recte liber eſt mei
¶ Quid prodeſt genitiuo mei ſignificare rem cuius eſt alterum cum non poſſit conſtrui cum nomine ſignificāte rem que alterius eſt. ſiquidem liber mei non recte dicitur
¶ Que coniunctio habet modum ſignificandi quem ⁊ cōiunctio. et non habet conſtructionem quam et cōiunctio. Recte enim dicitur Ego ⁊ tu damus. non recte autem Egoqꝫ tu damus
¶ An ⁊ ne eundem modum ſignificandi habent ſed non eandem conſtructionem. Recte enim dicitur An ioannes eſt domi. non recte ne ioānes eſt domi Tenus ⁊ verſus prepoſitiones eum modum ſignificandi habent quē cetere prepoſitiones ſed non eandem conſtructionē quam

cetere. Recte enim dicitur in capulo non recte tenus ca
pulo. dicendum enim capulo tenus Cui modo significā
di debent hi genitiui pluris minoris tanti quanti ꝙ con-
ſtruūtur cum verbis ad emendum ⁊ vendendum perti-
nentibus potius ꝙ̄ hi genitiui aureorum philippoꝝ hoc
eſt cur latine dicitur. Liber meus tanti emptus eſt quan
ti tuus cum non dicatur latine liber meus tot aureorum
emptus eſt quot aureorum tuus. Habemus ambiguas
orationes ambiguas partes orationis Nomina que vul
go equiuoca vocantur rectius dicūtur ambigua quoniā
equiuoca ſunt res ſignificate ambiguo nomīe. Ambigu
um autem dicitur nomen multas res diuerſis rationibꝰ
ſignificans vel nomen ambiguū eſt nomen quod cū pro
fertur ambiguū eſt quid ſignificet
Nomē alexandri ambiguū eſt Alexander autem magnꝰ
et troianus alexander equiuoca ſunt
Nomina ambigua polyſema grece dicuntur Poly enim
multum dicitur et ſema ſignum. Inde polyſemus a um
multa ſignans. Seruius in primum eneidos. Cano po-
lyſemus ſermo eſt
Equiuoca poſſunt dici cognomina Sunt enim cogno
mina que idem nomen habent.
Homo mortuꝰ eſt cognominis homini viuo. Vocatur
enim homo mortuꝰ homo quemadmodū homo viuꝰ
Cū enim dicimꝰ hō ambulat de viuo homine loquimur
Cum autem dicimus homo ſepelitur de mortuo.
Nomen cognominis ad aliquid dicitur. Nemo enim di
citur cognominis niſi qui aliquem ſibi cognominē habꝫ
Cognominis ne dicitur teutonice ghenamne.
Binominis ne dicitur habens duo nomina. Vtrum au
tem binominꝰ a um dicatur nec ne conſulātur grāmatici
Ambigue orationes ſunt que cum proferuntur ambigu-
um eſt quid ſignificent quales ſunt he orationes amor io
annis odium petri
Volenti recte loqui neceſſe eſt ſcire que pars orationis ad

quam referat̄. Quemadmodū quãtum referat̄ ad tantū
ita tam ad q̃z. vt io. eſt tam doctus q̃z petrus.

Tam et q̃z equalitatem ſignificãt. cū enim dicit̄ io. tam
doctꝰ eſt q̃z petrus ſignificantur ambo eque docti eſſe.

Joannes tam doctꝰ eſt ſicut petrꝰ non recte dꝛ Sicut nõ
refertur ad particulam tam quoniã ſicut qualitatem ſi-
gnificat tam vero quantitatem

Tam et q̃z addūtur nominibꝰ verbis aduerbijs ⁊ oratio
nibꝰ cauſalibꝰ. poſſunt ⁊ pronominibꝰ addi vt qd̓ ex par
te meū eſt non tam meū eſt q̃z id qd̓ ex toto meū eſt

Pronomini non repugnat cõparatio eo ꝙ ei pñt addi ad
uerbia magis et minꝰ. Quod enī ex toto meū eſt magis
meū dicitur q̃z id qd̓ ex parte.

Aduerbijs addūtur vt tam mane veni q̃z tu. Tam veſ-
peri redij q̃z tu. Tam pene cecidi q̃z tu. Jck hadde ſo nae
ghevallen als du. Querendū eſt q̃z pene perlegiſti librum
hoe nae heefſtu dat boeck wtgheleſen. Quaſi non ſignifi-
cat id qd̓ pene Jtaqꝫ nõ recte dꝛ q̃z quaſi perlegiſti librꝫ

Quaſi ſimulationem ſignificat vt ioãnes ſalutat petruꝫ
quaſi diligat eū hoc eſt ſimulat ſe diligere eū.

Quicūqꝫ ſcd̓m veras regulas argumẽtatur bñ argumen
tatur qui ſcd̓m falſas vicioſas argumẽtationes facit

Syllogiſmi boni formãtur ſcd̓m veras regulas Vicio-
ſi autem ſcd̓m falſas

Syllogiſmꝰ primi modi prime figure formatꝰ eſt ſcd̓m
hanc regulam. Si a dicitur de omni b et b de omni c dici
tur neceſſe eſt a de omni c dici. hoc eſt ſi maior extremitas
dicitur de medio diſtributo ⁊ medium dicitur de minore
extremitate diſtributa neceſſe eſt maiorem extremitateꝫ
dici de minori extremitate diſtributa.

Syllogiſmus ſecūdi modi prime figure ad hanc regulã
formatur. Si a negatur de omni b et b dꝛ de omni c neceſ
ſe eſt a de omni c negari.

Syllogiſmꝰ prime figure cuiꝰ minor propoſitio negati
ua ẽ qualis eſt hic. Omne animal eſt ſubſtantia nullꝰ autẽ

lapis eſt animal igitur nullus lapis eſt ſubſtātia. ideo vicioſus eſt quia factꝰ eſt ſcd̄m falſam regulam que hec eſt.

Si a dicitur de omni b et b negatur de omni c neceſſe ē a negari de omni c

Eſt autem hec regula falſa quia cum ſcd̄m enim argume̅tamur maior extremitas que in maiore propoſitiōe manet indiſtributa in cōcluſione diſtribuitur

Quemadmodum ſyllogiſmi ſcd̄m falſas regulas formati ſunt vicioſi ita orationes ſcd̄m falſas regulas facte vicioſe efficiuntur.

Hec regula falſa eſt. poſteriꝰ ſupinum cum verbo ſignificante reditum hoc eſt motum de loco conſtruendum eſt

Non enim recte dicitur Redeo lectu cum ita nullus auctorum locutus ſit

Quemadmodum is nō loquitur teutonice qui ita loquitur quo modo nullus teutonorum locutus eſt ita nec latine is loquitur qui ita loquitur quomodo nullus latinorū locutus eſt.

Qui loquūtur ſcd̄m hanc regulam. Omne gerundiū ſupponit ſibi accuſatiuū caſum non recte loquūtur Non enī apud latinos gerundio accuſatiuꝰ caſus ſupponitur niſi cum more grecorum interpretes ſacre ſcripture interdū loquūtur. nobis tamen non eſt permiſſum ſupponere gerundio accuſatiuū quia priuilegia paucorum nō ſunt leges cōmunes omnium. Non enim ita paganis permiſſum eſt teſtari quo modo militibus.

Nos recte dicimus Tempus eſt nos ſurgere

Non autem licet nobis dicere Tempꝰ eſt nos ſurgendi

Tempus eſt nos eſſendi ſapientes non recte dicitur. non enim dicitur eſſendi cum nullus auctorum eo gerundio vſus ſit nec dicitur nos eſſendi quoniam gerundium ſibi accuſatiuū non ſupponit.

Quod et vt hoc diſcriminis habent ꝙ oratio cui preponitur vt cauſam finalem ſignificat. cui autem ꝙ preponit̄ cauſam efficientem. vt Cedo te virgis ꝙ dignus es qui

virgis cedaris vel ꝙ meritus es virgis cēdi. Cedo te vir
gis quo te corrigam quo te emēdem quo te bene moratū
reddam faciam efficiam Quandoqz eidem verbo poſtpo
nūtur vt et ꝙ coniuncta per tam ⁊ q̄z. vt Cedo te virgis
non tam ꝙ dignus es qui cedaris q̄z vt te bene moratum
reddam. Jck ſlae dy nicht alſo ſeer daer om dattu, dat ver
deynt heueſt als daer omme dat ick dy gheerne berue ma
ken ſolde.

Solet verbum ī tercijs perſonis quandoqz habet nomi=
natiuū caſum ſibi ſuppoſitum vt dentes dolent mihi teu
tonice die tande doen mi wee

Caput dolet mihi teutonice dat hoeft doet mi wee. doleo
caput. doleo dentes poetice orationes ſunt. Contumelia
plus mihi dolet quam dammum teutonice dye ſpyt doet
mi weer dan die ſchade. dictum ioannis dolz mihi. dictū
dicitur een droghe ſchoteken. vt ſic cum volumus alicui
ſuam ignorantiam exprobrare dicamus.

Tu pauca oblitus es. Jnde dicax dicitur qui dicta iacula
tur in alios. teutonice die droghe ſchotekens pleckt te ſche
ten. Nulliꝰ dicta mihi plus dolent quam petri. Si iacu=
laberis dicta in me ego retorquebo ea in te Schutſtu mi
ick ſchiete di weder. Therētius. Tuū ne obſecro dictum
erat. was dat dijn ſchoteken

Quandoqz etiam dicuntur omnia que dn̄r vt dicta ⁊ fcā
ioannis ſunt memoratu digna.

Quandoqz verbo dolet ſupponitur oratio incipiens a ꝙ
vt dolet mihi ꝙ feci hoc. Solebit tibi cras qd nunc facis
Sepe ſolet hoībꝰ mane dolere quod noctu fecerūt. Dat
plecht dickwijl des morghens berouwen dat die lude des
nachtes doen.

Vnum ⁊ alterū quandoqz poſtponūt ſibi vt quādoqz ꝙ
vt duo ſunt que mihi vehemēter dolēt. vnum ꝙ tibi co=
ram adeſſe nequeo. Alterū ꝙ abſens tibi opitulari nō va
leo. Duo ſunt que abs te peto. Vnū vt tue valitudinis
ration habeas. Alterū vt niſi ſanus huc non reuertaris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Que cauſe fuerũt propter quas te caſtigaui vna ꝙ dignꝰ eras qui caſtigareris. Altera qꝛ te corrigerem.

Duo ſunt que mihi vehementer dolent que me valde angunt. vnum eſt ꝙ ioãnes male habet. Alterum ꝙ indies egritudo eius augeſcit. Vnum ⁊ alterum etiam poſtponunt ſibi ne ſi conſtruantur cum verbis timendi vt duo ſunt que timeo. vnum ne ioannes egrotet. Alterũ ne inopiam victus patiatur

Opere precium eſt ſcire quibus dictionibus elegãter poſt ponatur cõiunctio vt

Poſt tã tantũ adeo ſic ita elegãter vt ponitur vt ioãnes tam doctꝰ eſt vt nemo ſit eo doctior Jo. tantũ eris alieni habet vt id nunq̃ȝ diſſolutiurꝰ ſit. Habere es alienũ eſt debere. diſſoluere eſt reddere debitũ Jo. adeo fortis eſt vt nemo eũ ſuperare poſſit.

Cauendum eſt ne poſſet pro poſſit ponatur

Verbuȝ enim poſſit poſtponitur verbo pñtis temporis ſed verbum poſſet verbo preteriti temporis. Itaqȝ recte dicitur Jo. adeo foris eſt vt nemo eũ ſuperare poſſit. Itẽ qȝ recte dicitur Joãnes adeo fortis erat vt nemo eũ ſuperare poſſet. Horatius. Nemo adeo ferus eſt vt non miteſcere poſſit.

Cauendum eſt ne cõiunctioni vt ſubiungatur indicatiuꝰ modus. Itaqȝ non recte dicitur Joan. adeo fortis ẽ vt nemo valet eũ ſuperare

Poſt ſic vt ponitur vt in euangelio. Sic deus dilexit mũdum vt filium ſuũ vnigenitum daret. Tulliꝰ in Catone maiore. Senectus pleriſqȝ ſic odioſa eſt. vt onus etna grauius videantur ſuſtinere

Poſt ita etiam ponitur. vt beatis ita bene eſt vt non poſſit eis melius eſſe. Petrus ita doctus eſt vt mirum ſit eũ tam doctum eſſe

Non eſt mihi ita bene vt libeat mihi iocari.

Poſt ita ſequitur vt aduerbium vt ita te amo vt meum ipſius cor.

Jnter vt aduerbium et vt cõiunctionem hoc intereſt ꝙ
vt aduerbiũ poteſt cõſtrui cũ indicatiuo modo vt cõiun
ctio ſemper cũ coniũctiuo cõſtruitur. Cũ dicitur Jta me
deus amet vt ego tibi cupio bñ eſſe. vt aduerbiũ eſt
Jta me deus adiuuet vt ego tibi nihil debeo
Jta me de⁹ adiuuet vt mihi debes qđ a te exigo ſacramen
ta ſunt. poteſt eni quim dicit peierare
Poſt ablatiuos eſſentiam demonſtrãtes poteſt poni vt.
vt ioannes tãta ꝓceritate eſt vt nemo eo ꝓcerior ſit
Maria quedam tãta altitudine ſunt vt vada eorum in-
ueniri nequeant.
Trabs hec tanta craſſitudine eſt vt nemo eam vlnis cõ
plecti poſſit.
Craſſitudo alias quãtitatem alias qualitatẽ ſignificat
Craſſitudo trabis quantitas ẽ craſſitudo autem ſangui
nis qualitas.
Animus humanus tanta capacitate eſt vt eũ niſi ſum-
mũ bonum nihil implere poſſit.
Cauendũ eſt ne particula ꝙ̃ pro niſi ponatur
Auarus nihil amat ꝙ̃ diuitias non recte dr.
Muta ꝙ̃ in niſi ⁊ dic auarus nihil amat niſi diuitias
Jd ſi feceris recte loqueris. Cauendũ eſt nobis ne barba-
ris queſitiuis vtamur
Quotarius non videtur latinũ nomen eſſe. Nam ſi quo-
tarius latine diceretur poſſet ⁊ totarius latine dici.
Eſſetqꝫ hec oratio latina. Ego totarius ſum quotarius
petrus.
Si quotẽnis latine dicitur videtur et totennis latine di
ci poſſe. Eritqꝫ proinde hec oratio latina. Ego totennis
ſum quotennis tu es.
Si noluerimus noĩe quotennis vti poterim⁹ ita quere
re. Quot annos natus es. Quot annoꝝ es. Qua etate es.
Quotum annum agis.
Si quotuplex latine dicitur videtur ⁊ totuplex latine di
ci poſſe. Eritqꝫ hec oratio latina nomen totuplex eſt quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

tuplex verbū. Queſitiuū quotuplex nō eſt nobis neccāriū
Querimꝰ enim per quot tam de ſingulis generꝝ hoc ē in=
diuiduis ꝙ̄ de generibꝰ ſingulorꝝ hoc eſt de ſpeciebꝰ.
Hec queſtio quot ſunt animalia ambigua eſt. Ambigu=
um enim eſt vtrū queramꝰ de numero animalium an de
numero generū animalis
Quemadmodum hec queſtio quot ſunt animalia ambi=
gua eſt ita ⁊ hec reſponſio Tantum duo ſunt animalia.
Habet enim duos intellectus vnus eſt tantum duo nu=
mero ſunt animalia. Alter tantū duo ſunt genera aīaliū
quorꝝ vnum eſt genꝰ hoīm alterū genus aīaliū mutorū.
Phalera ornamentū eſt equorꝝ. Iuuenalis. Magnorꝝ ar=
tificum frangebat pocula miles. Vt phaleris gauderet
equus. Et ſi credimꝰ Tortellio phalera a greco v̄bo pha
nero qđ eſt illuſtro deſcendit.
Phalernum vinum quoddam dicitur a monte quodam
campanie qui phalernꝰ dꝛ in quo naſcitur. ſicut nos voca
mus elſatienſe vinū quoddam a patria ſua hoc eſt ab elſa
tia Neqꝫ phalera neqꝫ phalernū ⁊ phalon deſcendūt. Gloſ
ſa grecum nomen eſt ⁊ ſolum cum grecis nominibus cō
ponitur. Dicit̄ enim bugloſſa lingua bouis. Cynogloſ=
ſa lingua canis. Nō autem componit̄ gloſſa cum latino
nomine. ideo ceruigloſſa non dicitur
Calos grece bonus dicitur Inde philocalus bonus ami=
cus. philos enim amicꝰ dicitur ſiue amator. Nam philo
grecū verbū tantū ſignificat q̄ntū amo. Nō ſignificat
philos amorem vt multi dicunt ſed amicum. Eſt enim
concretū nomen non abſtractū. Philtrꝝ a philo deſcendit
Sūt autem philtra venena amatoria hoc eſt que faciūt
homines amare ⁊ inſanire. Ouidius. Philtra nocent ani
mis vimqꝫ furoris habent. Vtrum philtrum ſignificet
id quod teutonice vilt dicitur. interrogentur grāmatici
Iidem interrogētur an cento ſignificet id quod philtrū.
Pueri ſolent v̄ba timēdi conſtruere cum orationibꝰ inci
piētibꝰ a ꝙ. Hec enī orōes terūt̄ a pueris timeo ꝙ magi

ſter ſit in ſcholis.timeo ꝙ magiſter veniet.timeo ꝙ ma-
giſter percipiet Qui autem latinius loquũtur conſtruũt
verba timendi cum orationibus incipientibus a ne ⁊ ab
vt. Vt timeo ne magiſter venerit. Jck vruchte dat dye
meyſter ghecomen ſy. Timeo ne veniat. my is leyde dat
he come. Timeo ne venturus ſit.teutonice.my is leyde
dat he wert comẽ.Timeo ne magiſter reſciſcat.my is le-
de he vernimpt.Timeo ne reſciuerit.my is leyde he heeft
dat vernomen.Timeo ne reſciturus ſit ꝙ intramus ta-
bernam.my is leyde he ſoldet vernemen dat wy in die ta-
ucerne gaen. Reſciſco reſciui reſcitum ſignificat verne-
men. vt magiſter reſciuit omnia que heri fecimus nõ du
bito quin de nobis ſupplicium ſumpturus ſit. Verba ti-
mendi etiam conſtruũtur cum ne non que due particule
idem ſignificant quod vt. vt timeo ne petrus nõ veniat.
ne non venerit.ne non venturus ſit.my is leyde he en co(
me nicht.he en ſy nicht ghecomẽ. he en werde nicht comẽ
de. Timeo vt magiſter venerit ſignificat enim quantũ.
timeo ne magiſter non venerit.quoniam vt idem ſigni-
ficat quod ne non.my is leyde he en ſy nicht ghecomen.
Non timeo ne petrus hodie veniat. my en is nicht leyde
dat peter hudẽ come Boetius poſtpoſuit verbo timendi
particulam ne in ſecũdo libro de conſolatione philoſophie
vbi ita ſcriptũ reliquit Si ſcit metuat neceſſe ē ne amit
tat qđ amitti poſſe non dubitat. Jn primo libro ita ſcri-
ptum eſt. Nam qui vallo eius ac munimine continetur
nullus metus eſt ne exul eſſe mereatur. Fatendum enim
eſt etiam dici poſſe timeo ꝙ ioannes veniet ſed ea oratio
tantum ſignificat quantum timeo propterea ꝙ ioannes
veniet. Multum intereſt inter has duas orõnes. timeo
ne ioannes venturus ſit. ⁊ timeo ꝙ ioannes veniet.
Poteſt enim hec eſſe falſa cum illa vera eſt. Timeo ꝙ ex-
tremum iudicium futurũ eſt. ⁊ timeo ne extremum iu-
dicium futurum ſit non idem ſignificãt. Cum verba ti-
mendi conſtruũtur cum oratione infinitiua mutanda ē

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

ea in orationem cõiunctiuam a ne incipiẽtem. vt timeo petrum reuerſurum eſſe mutatur ſic timeo ne petrus re uerſurus ſit.

Quod particula tria vicia facit primũ cum abundat vt neſcio q̃ ꝗ ioannes veniet. Alterum cum deeſt vt ni hil aliud ſcio q̃ ioannes eſt domi. Tercium cum pro vt aut ne aut alia particula ponit. vt timeo ꝗ ioãnes veĩet

Hodos viam ſignificans cum o aſpirato ſcribitur et deſinit i os. Oda autem nunq̃ viam ſignificat. Hodos generis feminini eſt cum compoſitis. Itaqꝫ exodus peri odus methodus feminini generis ſunt. Exodꝰ exitus di citur periodꝰ circuitus methodus tranſitꝰ

Omnis ars per metaphoram methodꝰ dicitur quia om nis ars tranſitus quidam eſt. Grammatica enim tranſi tus quidam eſt per ea quorũ ſciẽtia ad grammaticũ per tinet ſicut dialectica tranſitꝰ per ea quorũ noticia ad dia lecticum pertinet.

Quod omnis ars tranſitus et via quedam ſit ſignificat. Virgiliꝰ primo georgicoꝝ cum ait. Ignaroſqꝫ mecum vie miſeratꝰ agreſtes. Ingredere vbi nomine vie ſignifi cat rationem. hoc eſt artem agri colendi

Qui methadum cum a ſcribunt barbariſmum faciunt.

Logos ſermonem ⁊ rationem ſignificat et componitur cum greca prepoſitione a que ſignificat id quod ſine et di citur alogos quod ſignificat tãtum quantum ſine ſermo ne vel ratione. Deriuatiua a nomine logos cũ g ſcriben da ſunt. Ideo peccant qui his nominibus logicus. logica theologicꝰ aſtrologicus g litteram detrahũt.

Finis huiꝰ Farraginis. Impreſſum Da uẽtrie. Anno dñi. M.cccc.xcv. Decimaquar ta Julij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 74